



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Institvtio Catholicæ Juventutis, Sacro Eucharistiæ  
Convivio decenter admovendæ**

**Chifflet, Laurent**

**Coloniae, 1653**

Prælectio II. Quid ex piâ Eucharistiæ sumtione emolumenti fructúsque  
sperandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55213](#)

Eucharistico corpore præsentia tot milia Martyrum, tot Doctorum lumina tot Sancti populi tui facula constantissime ereditidere, ac posteris prodiderunt. Fremant inferi, ringantur heretici nihil ambigam, nihil fluctuabo. Satis superque me amasti, ut id mihi boni provideresset. Satis poruisti, ut id effervesset. Satis aperte locutus es, ut te id scisse omnes intelligerent. Credo itaque et amo, Amantissime IESU, Potentissime IESU, Veracissime IESU. Sit isti Bonitati, sit isti Potentia, sit isti Veritati sempiterna laus et gloria. Amen.

## PRÆLECTIO II.

Quid ex piâ Eucharistia summatione emolumenti fructuque sperandum.

**I.** **Q**uid destinat animo, quid te tibi proponis affectuendum, cum hoc celeste Ferculum sumere meditari?

R. Id

R. Id primū specto, id sequor,  
ut nonnulla Dei gloriæ atque hono-  
ri per me fiat accessio, suggestendâ  
illi benignitati ac misericordiæ suæ  
erga me indignissimum patefacien-  
dæ magisque illustrandæ materiâ.

I. Quæ verò utilitates inde te ade-  
piunt peras?

R. Potiturum me eximia illa  
commoda, quæ à tanti Numinis  
per benevolio adventu expectare par-  
et.

I. Eat mihi ne reticeas velim: si  
minus omnia, utique præcipua.

R. Panis hujus vivi Cælo delapsi  
illud maximè proprium est, ut ani-  
marum nostrarum spiritalem vitam  
alat, virésque firmet;

I. Duplicem vim Eucharistia præ-  
dicu; alteram nutriendi, reborandi  
alteram. Nunc quidem prioram expe-  
di. Quid igitur sibi vult iste anima-  
rum nutritius?

R. Quemadmodum corporei pa-  
nis alimonia corpoream vitam pro-  
pagat, mortemque arcit: ita divi-

nus

nus hic Panis divinam gratia & charitatis vitam in manducantium animis adauget ac fovet, & ad lethiferæ cujuscumque noxiæ recrimam mortem longè amoliendam eximiè prodest.

I. Nutrictionem animæ non insci declarasti. Reliquum est, ut & similitudinem ejus ac robur exequaris?

R. Cibus terrenæ concretionis corporearum virium stabilimentum est, ad ambulationem expeditorem, ad perfunctionem laborum, ad praliandi alacritatem. Simillimè Angelorum Panis ad viam mandatorum Dei indefessò gradu terendum, ad piorum operum strenuam exercitationem, ad nostræ salutis hostium conatus valenter infringendos, ad sanctæ charitatis incrementa naviter consequenda, animos nostros mirificè corroborat.

I. Quid igitur primo tuo ad SACRAM Mensam accubitu, à beato illo appotentio tui pectoris Hospite potissimum flagitabis?

R. U.

CATHOL. IUVENT. 25

R. Ut antea& vitæ meæ crimi-  
nibus plenâ condonatione oblita-  
ris, in posterum funestam graviorum  
delictorum mortem à me procul  
avertat; quin potius animi & cor-  
poris mei absolutam possessionem  
ineat, mæque totum summo & sem-  
piterno jure vindicet sibi.

I. Prater hæc duo Eucharistia effe-  
cta, alendi ac roborandi; si qua super-  
sunt, paucis attinge.

R. Faciam ut jubes, & duobus  
jam expositis addam octona.

I. Leviora peccata, quæ venialia  
vocamus, depellit ac delet, instau-  
rato fervore charitatis, quem illa  
cepserant.

2. Tartareos hostes longè à nobis  
absterret, Christi Mortis monumen-  
to ac simulacro, per quam illi obtrici  
fuerunt, exhibendo.

3. Cor hominis lætificat, ac cœ-  
lestium gaudiorum sapore ac suavi-  
tate perimulcat.

4. Mentem illustrat majori re-  
rum divinarum notitia; quasi Chri-

B

Ro

26 INSTITUTIO

stō amicis convivatoribus, inter se  
stivas epulas, sua familiariūs arcana  
Pandente.

5 Jus quoddam singulare tribuit  
ad æternæ beatitatis adeptionem  
idque vi perseverantie, sanctique ex  
haec citâ discessus, quem illud cælestē  
Viaticum impertit.

6. Pignus est ac germen futuræ  
redivivorum corporum nostrorum  
gloriarum, posthumaque ipsorum im-  
mortalitatis.

7. Eadem corpora, interea dum  
hic vivitur, præsentia suā, sanctoque  
contraū & conjunctione, in divini-  
tatis suæ templa consecrat.

8. Denique eorundem prayum  
temperamentum, ad varia flagitia,  
irrituā iracundiam aut libidinam  
proclive, tanquam eximia efficaciam  
medicamentum, emendat; & pec-  
cati somitem atque innata incita-  
menta minuit.

I. Praeterea memoras. Sed unde fit, ut  
tantū emolumenit plurimi defrauden-  
tur?

R. Maxima

R. Maximâ ipsorum culpâ. Proprièt quòd ad hujus Sacramenti Cœnam accedunt languidi, oscitantes, aliud agentes: neque morborum animi perfectam sanationem aut magnopere expertunt, aut à præsen- te Medico enixè flagitant.

PRAELECTIO III.

Quid in Sanctissima Eucharistia sumtione faciendum.

I. Accessoris ad divinum Euchari-  
stia Convivium quanam est  
adhibenda preparatio?

R. Quanta potest maxima: quippe cùm omnes ac singuli convivæ nihil magno Deo minus excepturi sint.

I. Quid in eo genere cautum est legibus, cui proinde non temperare sit nefas?

R. Tria illa. Primum, ut saltem semel singulis annis, circiter tempus Christo reviviscenti sacrum,  
B. 2 quilibet